

ambigere, expende quantum in horas amor creverit digni-
 simi omnium amore adolescentis! Poneamus illud ingenium
 mi Heinsi, et suam saltem laudem, et amore nostro evehamus,
 ne subsidat alibi pudore vel repulsa. Est quod aliqua
 curarum tuarum parte dignum censeas, qui ad manum
 es, et regere nutu potes tam nobiles scintillas. Me
 febriles, dum haec scribo exercent o amicorum decus;
 cujus rei hoc est compendium. cum exponendus in Bra-
 bantiae continentem exercitus esset, victus morbo, quon-
 dam dissimulando et inedia speraveram vinci posse, sensi
 necessitatem urgere, ut classe me subducerem, saltem quod
 in proximo erat Zulichemum deferret, ubi usque reperta
 non medicis non remediis post quadridui frustra decertatio-
 nem, tandem Hagam redeundi gravior quotidie neces-
 tas incubuit, et redii, et medicis bona fide succumbo. qui
 de febriculis meis, qui nunc me sine tussi exercent, ut bono
 animo sint, lente me tamen restitutura sunt, mea quidem
 opinione. cui tenacium obstructionum mearum pertinacia
 nimio usu innotuit. In manibus Domini sunt illae sortes,
 in illis esto. In quidem perpetuo amicorum summas, et
 cui pareo nec quaero nec expecto. Agra manu Haga
 Com: 21. Jul: 1633.

Ad adolescentem illum ut primo impetu
 effroberam. hic vides. Tradi poterit,
 si mereri existimas, mihi sane nec
 introspicere quidem de novo liberis,
 quo politianes reddam primas et castrenses
 curas. Puteanum, dii boni, quo veritas
 et ille quem praedicare ingenius candor
 non abripuit! fieri poterit ut hoc
 sic abeat?

Affini Wilmo. Amplissime Domine Collega et affinis optime (1/9)

Gratissimi nobis ab amica manu tua libelli fuerunt Puteani
 et Salmasii, quamquam prioris pridem Lovanio facta
 copia fuerat. De singulis sententiam ut feram, per
 pistrinum meum non licet. sed Puteano praeter opinionem
 nihil accidit. Vivantj vidua necesse est principi per
 libellum supplicet, qui denique ad Consilium forbarum
 remittendus

remittendus erit. Neque est quod mireris in re flocci, tanti
enim principi ignotior est, ut quæm aciem fugiat aliq̄ tam
intentam. Familiolam meam, et quos relictos orphanos
Quos valde tibi commendo, sororibus quæ et affiniibus co-
teris, quos valere plurimum opto, usus ipse valetudine
minus firmâ, ex quo Anhemis sumus, sed nunc ab
ephimeras, quâ languebam immunis uxorem Zulichem
nescio an solus, et in antecessum, ac cum Principe
deorsum navigans ex itinere visurus sim. Anhemis 3.
Julii 1633.

Puteani fatum quasi nosces attingi. Vix autem
noueris, si recte expendo. Bruscellam nimirum
euocatus fuit, ut audacis scripti rationem
redderet, quo Wowerius accepto, Sevenbergâ
Diestam volavit. Mox Bruscellas tamen
cum nunciaretur deferbuisse ibi τὸ ἄξιον
ταύτην ἔχων quos nosti

Boddens, Collegii
Iesuitici quod
Trajecti ad Mosam
est, Rectori.

Nobilissime et Amplissime Domine

(1630).

Qui compellantibus amici, et petentibus, quod in manu meâ
est, si lere proptus non soleo, tum maxime cum siles cupi-
am videri responderem, et innuere tacitus in potestate mihi
non esse cuius gratiâ interpellor. Literas sane nescire
velim, quibus ad repulsam abuti cogor. sed quandoqui-
dem hic in re alienâ versor. ecce tandem sine scrup-
lo proloquor. Excusare se Principem his verbis. speciali
Ordinum et recenti mandato vetitum esse quod postu-
latis. Jam flores illos et mihi quidem inter florum
floridos libellas, et reliqua tot vestra munera, quibus
delector sane, sed non capior, alibi impendite. Non
habetur inter Societatis vestrae regulas, inutilibus
amici gratificari. Impendite moneo quâ fructus ferunt.
Sed de Hugenio interim nihil secius statuite, quam
ut muneribus ne inescari quidem solet, ita nec
immunem amici deponere, quâcumque iis in re usui esse
possit.